

I. VERSION LATINE

Une victoire romaine contre les troupes numides

Romani ex improviso pulueris uim magnam animaduertunt ; nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. Et primo rati humum aridam uento agitari, post, ubi aequabilem manere et, sicuti acies mouebatur, magis magisque adpropinquare uident, cognita re, properantes arma capiunt ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. Deinde ubi propius uentum est, utrimque magno clamore concurritur. Numidae, tantummodo remorati dum in elephantis auxilium putant, postquam eos inpeditos ramis arborum atque ita disiectos circumueniri uident, fugam faciunt, ac plerique, abiectis armis, collis aut noctis quae iam aderat auxilio integri abeunt. Elephantis quattuor capti ; reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti. At Romani, quamquam itinere atque opere castrorum et proelio fessi erant, tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur¹, instructi intentique obuiam procedunt ; nam dolus Numidarum nihil languidi neque remissi patiebatur. Ac primo obscura nocte postquam haud procul inter se erant, strepitu, uelut hostes aduentarent, alteri apud alteros formidinem simul et tumultum facere ; et paene imprudentia admissum facinus miserabile, ni utrimque praemissi equites rem explorauissent. Igitur pro metu repente gaudium mutatur ; milites alius alium laeti appellant, acta edocent atque audiunt, sua quisque fortia facta ad caelum fert.

Salluste, *Guerre de Jugurtha*

II. THÈME LATIN

J'ai vu des gens chez qui la vertu était si naturelle qu'elle ne se faisait pas même sentir : ils s'attachaient à leur devoir sans s'y plier, et s'y portaient comme par instinct. Bien loin de relever par leurs discours leurs rares qualités, il semblait qu'elles n'avaient pas percé jusques à eux. Voilà les gens que j'aime.

Montesquieu, *Lettres persanes*

¹ Métellus était le général en chef de l'armée romaine, laquelle s'était momentanément scindée.